min⁹ regit me et nihil mihi deerit: in loco pa-
scue ibi me collocauit. **Q**uartuor autē sunt q̄
gerunt defectū boni. **P**rimū est superbia: iu-
xta illud ps. Defecerūt framee in finem. **E**t
iste defectus designatur in luna: que a paga-
nis dicebat regina celi. **V**n dicebat Diere-
mie. viij. Faciam placētas regine celi. Su-
pbia em̄ vult audire placētia. **V**anc autē lu-
na. i. defectū supbie: suppeditauit beatavir-
go per verā humilitatē. **D**e qua Luc. i. ipsa
inq̄t. Respxit humilitatē ancille sue. **S**ecū-
dum est impatiētia: iuxta illud Job. iiiij. Ne
nit super te plaga et defecti. **E**t hoc etiā vi-
ciū signat in luna cū dicit Johelis. ij. q̄ luna
vertetur in sanguinē. i. anima in furorem et
iracundiā. s. per impatiētia et irā: per quam
sanguis ebūlit: vel per quā sanguis effundi-
tur. **E**t hunc qz defectū maria suppeditauit:
que tora mītis et patīs fuit. vñ ipa ait Eccl
xxiiij. Spūs me sup mel dulc̄: et hereditas
mea sup mel et fāuū. **T**ertiū est auaritia: iux-
ta illud Ia. xl. Deficient pueri. i. auari: et labo-
rabunt. **V**ari em̄ ad modū puerorū plus
sunt amatores bonorū temporaliū qz regni
celorū. **E**t hic etiā defect⁹ signat in luna que
eclipsat ex ymbra terre. i. anima et auaricia
terrenorū. **E**t de hoc potest exponi illud Au-
ce. xij. Luna nō dabit lumēsū. **S**ed hunc
defectū beata h̄go suppeditauit p̄ paupertē
et terrenorū om̄iū contēptū. **V**n ei dicitur
Zan. iiiij. Vora pulchra es amica mea: et ma-
cula. s. terrene auaricie: nō est in te. **Quattuor**
est vanitas glorie: iuxta illud ps. Defecerūt
in vanitate dies eoz. **E**t hic etiā defectus de-

Quattuor
sunt q̄
gerunt de-
fectum

Pars.XI.

signat in luna mutabilitate: quod talis gloria est mutabilis. vñ Eccl. xvij. dñ. Stultus. i. ho
tali et vane glorie dedit: ut luna mutabitur.
Huc quod defectum maria suppeditauit quod mundi
gloriaz desperit. Delpexit enim oem gloriaz extiore
quod solum in interiori. s. psalmie: iux illud ps. xliij.

Quatuor **O**ris gloria eius filie regis ab int. **S**ed huius est
oritur impe/ notandum: quod quatuor sunt quod impediunt defectum. p/
dunt de/ mundi est patia. de q dñ Jac. i. **P**atiencia opere p/
fectum ctu hz. et ibide. Ut sitis perfecti et integri in nullo
deficietes. **H**oc dñm est spei statua. vñ Isa. xl.
dñ. Qui sperat in domino mutabut fortitudinem
assumet penas ut aqle: curreret et non laborabut
atque ambulabut et non deficiet. **T**ertium est merita
ria domine passiois. vñ Heb. xij. dñ. **R**ecogita
re eum quod talis a peccatis aduersus semetipm pas-
sus est dominus: ut non fatigemur ait vestris des-
crites. **Q**uartum est desiderium celestium: iuxta il-
lud ps. In querentes autem dominum non deficiunt obo-
no. Et ad Sal. iij. ait Paulus. Bonum facientes
non deficiamur. tunc enim suo metem non deficietes
Athec oia fuerunt in beata virginine: ut per eum vi-
ta discurreti. **M**orona autem. xij. stellarum in ca-
pite eius significat plena beatitudinem: que sis-
tit in xij. gaudiis paradisi. quod significantur p. xij.
fructus ligni vite Apoc. vi. **D**uo duo orunt
a deo. s. visio dominatarum: et gaudiu de repletione
huiusmodi Christi: in quibus consistit vita eterna Joh.
xvij. **A**lia duo causant a loco. s. celo empireo
quod unum causat ex celi spaciousitate: et aliud ex
eius speciositate. **A**lia duo a sortio beatorum
vnum a societate angelorum: aliud ex societate
hominum. **A**lia duo a mundo: unum de pulchritudine
creaturarum: aliud de stabilitate earum. **A**lia vero
duo ab inferno: unum ab evanescendo: et aliud ex clau-
siode. **A**lia insuper duo a seipso: unum de stola aie
aliud aut de stola corporis gloriosi. et ita exponit
Petrus iohannes vbi. s.

Pars septima huius sermonis que dicitur
sublimitatis.

Inquit deus? Ber. i ser. assumptio-
nis. Sublimis ista dies et splendi-
dior sole refulgurans: in quo rega-
lis ad thronum dei pris eius: et in
spiritu trinitatis sede reposita natura etiam ange-
lica sollicitat ad videlicet: tota conglomera- et age-
lorum frequentia: ut videatur regina sedet a dextera
domini vestrum in vestitu daurato et in corpe immacu-
lato circundata varietate gloriarum: et distincta mul-
tiplicitate virtutum. **S**anctus quod Bernardinus
in ser. allegato ait. **S**ed quis laudibus ser-
nitus hominum reginam efficeret angelorum: quod preconia
dilatet mortalis angustia vel officia submis-
sionis: cui celestia parerent et famulantes obsequo ce-

lici ciues? **Q**ue fert exenia: quod laudes atten-
ter humana penuria. cuius gloria angelice miratur
et predicant patres? **Q**uibusc digna honoribus
plausus hominum acclamabit in terra quam spumam
agmina brorum ingens venerantur in celis? **N**on est
perfecto facultas humanae virginis gloriosam ut me-
ret efferre nobis quod votum gerimus obsequi: ta-
le credere sufficiat tantaque fateri quam nullus
hominis valeat explicare. **S**ufficere forsitan potest
et illi cui summa ad ipsum cedit ad gloriam quod ho-
dies super angelos anima et corpe exaltata: omnia ho-
minum et voces excellit et superat intellectum. hec
ille. **C**elestes autem dominus noster Iesus Christus ipus ma-
tre sua dilectissimam resuscitare a mortuis: et in
celesti gloria sublimare. dixit ei illud Isaie. l.
Elevare elevare surge hierusalem. **I**psa enim virgo
benigna quod fuit tota pacifica: et de divisione mu-
rabiliter illustrata: merito appellatur hierusalem:
que interpretat visio pacis. **B**is autem ait eleva-
re: et semel surge. ut elevationem tam mentis quam
corpis in gloria designare ostendat: et ut ad sui
suffititudinem a mortuis gloriosa resurgat. **N**ec
mirum si ipsa virgo sacratissima elevata est super
omnes homines in celis: que in primis vita super omnes
elevata est in terra. **E**levata enim fuit in modo ele-
variae gratiosa tripliciter. **P**rimo per eminentiam
scitatis supra mundicium virginum et angelorum. **M**aria
fuit hanc ele-
vata tri-
pliciter

Secundo per excellentiem conversationis supra obedi-
tiam martyrum et confessorum. **T**ertio per altitudinem co-
tempniationis supra eminentiam apostolorum: prophetarum
et patriarcharum. **E**t haec tripliciter elevatio-
nem (ut inquit sanctus Bernardinus ubi. s.) mysti-
ca nobis ostendit scriptura in elevatione archetypum.
No enim elevata fuit per eminentiam scitatis. p. in
de Sen. viij. dñ. **M**ultiplicata sunt aquae. s.
propter exuberantiam gratiae sublimitatis et san-
ctitatis. **M**ultiplicatio enim aquarum in archa
denotat gratiarum plenitudinem in maria. **I**psa
enim est fons horum et puteus aquarum viuentium
ut scribitur Gen. iij. **E**t horum irrigatio et fons aqua-
rum cuius non deficiet aqua. Isa. lvij. **H**ec autem
aque gratiarum elevauerunt archam in qua salua-
tum est universam semem generatio electorum in
sublime a terra. id est omni teneritate et amore
infecto. **D**icitur autem in sublime: quod ad haec puri-
tatem et mundicium nulla pura creatura ascendit
nec angelus nec virgines. nam angelus mundicium
tamen habet in mente: et virgines non in mente et carne
Sed gloriosa virgo cum quadam virtusque per-
fecitione super omnem creaturam est elevata in sublimi-
tate. **S**ecundo autem elevata fuit per excellen-
tiam conversationis designatam in elevatione
rote. de qua Zech. j. dicitur. **A**paruit rotula

Bermon. II. De assumptioⁿe Mariæ

sup terrā iuxta quattuor aialia habens quat
tuor facies: et aspectus rotarum et opus eorum quod vi
sio maris. Et sequitur. Num eleuarent aialia
de terra eleuabant rotas. spūs. em̄ vite erat in
rotis. Per illa quatuor animalia mystice do
ctrina euangelica designata. Per rotas vero quat
tuor facies habentes virtutes: sicut quas vita
actuosa regit: et oimoda perfectio ad euangelium
caformata. Et quoniam hec virtutes licet vniuersitatem in
gra: distinguuntur in operatione sua. id est per plalitatem:
quod rote ille eleuabant. quod virtutes in ea fuerunt in
sumo perfectiorum tam ad agendum quam ad patientium.
et hoc in tantam incomprehensibilitatem intellectui
humano ut merito dicatur quod aspectus rotarum et
opus eorum erat quod visio maris. Nam extimabit
liter supauit oem obedienciam et actiones atque con
uersationes confessorum et martyrum. Nam in oib⁹ ipsi⁹
fuit pondus difficultatis ad bonum: et propitiatio ad
malum. In ipso autem virginine benedicta nullum fuit
omino retardatiuum. Sicut enim rotavolubilis sum
omnē spissantem motum. Tertio autem eleuata est
per excellētiam prelatiōis. et hoc designatum fuit
et eleuatio aqula. de quod Job. xix. 10. dicit. Nūquid ad
perceptum tuum eleuabis aqula: et in arduis ponet
nidū suū? Ipa enim brillans figura super omnes
aplos: prophetas: patriarchas: et discipulos mun
dithoices eleuata est per sapientiam et contemplationem
sicut aqula eleuata super omnes ayes in aere. Et de
his tribus eleuatiōibus tangit Dan. vii. vbi de
ipsa beatissima virginine dicit. Quae est ista quod per
greditur quod aurora surgens: et hoc in sanctitate
te. pulchra ut luna. et in conuersatione electa ut
sol: et hoc in contemplatione. terribilis ut castro
acies ordinata: et hinc in omnem predictorum operatione
Quae quasi oia ponit sanctus Bernardinus ad
litterā vbi. s. Ubi etiam dicit quod ipsa benedi
ctio figura transiens ex hoc modo eleuata est ad
culmen triplicis dignitatis. scilicet altissime: latissime
et firmissime. que tria in eleuatioē diuine
magnificetate: diuine sedis et montis immobilitate
figurantur. Primo quod eleuata est ad culmen
dignitatis altissime: ut sit regnum virginis altum.
Et de hoc proposito. inquit. Eleuata est magnificetia
tua super celos. Porro singularis magnificen
tia dei fuit brata figura. quod in ei exaltatioē per ma
gnificat. et etiam ipsa benedictio figura in sua humilia
tione: deuotio: grazia: actio: et omnium honorum dei
fructuose plus magnificat deum quam omnes creature
alia simul sumpta. Unū merito dicit eleuata
super celos. id est super angelos vniuersos. Et
sic filius dei dominus Iesus sedet ad dexteram
maiestatis in excelsis tanto melior angelis es
fecius quanto per illis differetur nomine heredi

tauit: ad Heb. i. Quod nomen perfecto est ve
xelut deus per glorificationis. Sic et mater ipsius
Iesu tanto omnibus angelis melior est quanto pre omnibus in dignitate maternali abundat. Secunda eleuata est ad culmen dignitatis
latissime: ut sit regnum eius latum. viii. 10. Reg. iii.
dicit. Quod intrauit David: sic faciat cuius eo: ut
eleuatur thronus eius super Iudah et Hierusalem
a Danisque Bersabee. Thronus autem iste in quo
sedet et regnatur David. quod manu fortis et vul
tu desiderabilis interpretatur. Iesus dei filius. fuit
et gloria figura maria: que eleuata fuit ad la
titudinem regni: ut de ea dici possit quod non solum
dominat a Danisque ad Bersabee: sed etiam in gratia
visque ad mare glorie: et a flumine Iherosolyma
ad terminos orbis terrarum regnum super
omnes creaturam. Tertio eleuata est ad cul
men dignitatis firmissime. Unū Isa. ii. 10. dicit
Eritis in nouissimis diebus patrum mons domini
domini in parte montium: et eleuabitur super colles.
Dominus enim iste in quo bene placitum est deo habi
tare in eo: et de quo absclavis est lapis sine ma
nibus: est gloria figura de qua sine humano
opere natus est Christus Ihesus lapis angularis: qui reple
vit vniuersam terram. Hic autem mons eleuatus est
super colles: quia virginis ipsius dignitas est super
omnes sublimissima et latissima: et super cun
ctos firmissimam et incoquissimam: ita ut moueri non
possit sublimitas montis quod durat firmi
tas lapidis. nec regnum matris quod durat in
peritum plures. Decimus impetravit David. vii. 10.
potestas eius potestas eterna que non auferet: et
regnum quod non corrumpet. Et hec triplex ele
vatio permutata est. Iaie. vii. vbi inquit prophetas
Vidi dominum sedentem super solium. quia immobili
liter requieuit super gloriosam virginem ratione
dignitatis firmissime. Solium inquam excel
sum et eleuatum ratione dignitatis altissime et
plena erat ois terra maiestate eius ratione di
gnitatis latissime. hec sanctus Bernardinus
vbi. s. Beatusque Bernardus in quodam sermone
ait. Nec in mundo dignior locus fuit virginis
uteri templo quo maria dei filius suscepit: nec in
celo sublimior regali solio quod maria marie fili
us sublimauit. scilicet in aia et in corpore: sic ipsa deside
rabat dicens filio suo ascendetem in celum. traheme
per te. scilicet totaliter. non enim dicebat solitudo cum David
uidens. xl. Sit uita aia mea ad deum forte uiuere
sed etiam cum fratre Job sui libri. c. vii. Libera me do
mine et pote me iuxta te. scilicet totaliter quo ad ani
mam et corporis. Tanta autem excellentia exalteauit
dei filius matrem suam super omnes choros angelorum
quod sicut dicit quidam doctor deuotus: si ibi vbi
ipsa residet ecce multitudo: noua constitueret hie

Pars.XI.

Sarchia. **N**icet nullus dubitet ipsam gloriam virginem mariam super omnes angelicas hierarchias et super omnes beatitudines sublimitatem: in hac vita non nullus probabitur ratione sed intellectu habeat materiam speculandi: et affectu istam est desiderio imitandi. Prima autem ratione puritatis. Sicut enim grauia naturae redunt deo: sum: ita leuias sursum: iiii. de celo et mundo. et quanto aliud est levius ratione magis ascendit deo: ad terminum suum sperans naturae proximam attingit. Creatura autem rationalis sum: ratione est levior quanto est purior a personae. viii. pectus appellat apostolus puerum? **H**eb. xij. di. Deponentes oem puerum? et circumstas vos pectus. **A**uius quendam senserat psalmus. cu dicebat. Domini iniurates mee super gressus sunt caput meum: et sic onus que gravata sunt super me. Nulla autem pura creatura fuit beatissima purior: quam nulla leuior. **S**uper omnes igitur ascendet ratione puritatis. viii. dicit Anselmus in quodam sermone. Sicut nulla per se deo maior puritas beatissima puritate intelligi. sic sub deo loco sublimior intelligi non potest illo ad quem ego est assumpta. Et iohannes. sup. psalmi. inquit. **O** ego vero sublimis est in sublime vertice sancta erigis vel quod ad sedem in throno: et usque ad dominum maiestatis. **E**t Hieronimus. in quedam lettera. ait. Si in domo patris misericordie noster sit credimus plenidioriter nostri filii praestitisse. quam olim edificauit sibi dominus subnixa columnis. viii. i. viii. sparsiti donis. **H**ec idem probat ratione humilitatis ineffabilis. Regula enim pessima a christo est tradita. **A**u. xviii. quod omnes qui se humiliant exaltabuntur. viii. apostoli philippi. q. arguit: quod christus humiliatus est secundum deum exaltavit illum: et dedit ei nomine super omnem nomen. **D**einde etiam hic puer. xv. ubi dicitur. **B**ella in predicta humilitate. **L**u. galilaei pura creatura non repiait ipse beatissima glorie humilio: quemque est ut etiam nolle sit in gloria alterius sublimior. ut sic a quo quanto magis ascendet: tanto alterius ascendet ita et ipse humillima vero quanto in inferiore abusso humilitatis descendit: tanto in sublimiori glorie loco sit eleuata. **D**e cuius plenissima humilitate loquens Hieronimus est inquit. Quem est hec humilitas cum sublimis quod cedere necesse honoribus: in sole scere gloria nescire: nisi dei eligit: et ancilla se noiat. **T**ertio idem probat ratione dignitatis. **V**idem enim quod de cunctis rebus reputauit locum suam dignitatem. Terra enim quod sit omnis in infinitis facit. **S**uper eam est a quo tam dignior. deinde aer postmodum ignis: post quem spera lumen: et sic de alijs celo: quod quilibet ratio in maiori altitudine consistit quanto maiori nobilitate et dignitate inferiora pcellit. **S**icut in locis collocari solet huiusmodi enim dignitatem. viii. paulus loquens dominum ait. **A**u. xiiii. **L**u. invitatus fueris ad nuptias non discutis.

bas in primo loco: ne forte honoratio te sit invenitur: et venies quod te et illum inuitauit: dicat ibi. **D**a huic loci secundum. **L**u. ergo benedicta post deum sit dignissima et super omnes puram creaturam excedet. **L**eptissima. eo quod est mirum deum. p. 3 quod decet eam locum habere superum inter omnes creaturas et deum. **Q**uarto idem probat ratione gratiositatis. Gratia enim debet gloria. iuxta illud psalmi. lxxviii. Gratiam et gloriam dabit dominus. Maior autem gratia maior debet gloria: et maxime maxima. quod sicut se habet simpliciter ad simpliciter ita magis ad magis: et maxime ad maxime. summa pectus. iiii. topica. **S**ed beatissima super omnes creaturas pura fuit gloria plena: iuxta illud Hieronimus ad Eustochium. **G**ratia in partes gratia pectus: marie autem tota se insufficit glorie plenitudo. glori debet summus glorie locus. **U**nus Hieronimus in finione assumpzione ait. **Q**uatuor plus glorie adepta est in terra per ceteros: tantum et in celo obtinet glorie singularis. **Q**uinto idem probat ratione charitatis. Charitas enim emulatur summa quam mensuratur pietatis: ut quanto plus charitatis quod habuerit: tanto etiam plus glorie accipiat: et in celo sublimior fiat. **O**rdo beatae vestre vero super omnes creaturas exarsit charitate. quod non tam amavit christum ut deum: sed etiam ut filium per prius. viii. Lanfrancus. quod dicebat. Fulcite me floribus: stipate me malis: quod amore laguno. Ideo super omnes creaturas quod superauit charitate debuit exaltari in celesti retributio. **D**e ipsa enim inquit Hieronimus. **C**ontra eam inceduerat dominus amor: et ardor contumelie profusus amoris. **L**u. igitur charitas et amor sit spualis ignis. de quo habebit **A**u. xiiii. et ignis naturaliter ascendet: sequitur quod ipsa vero benedicta quod super omnes igne divinitati amoris plena fuit ad altitudinem glorie super omnes ascendet. **H**ec idem probat ratione meritatis. Ut enim dicitur. **I**ohannes. iii. et in canticis clericorum. xx. q. iii. Omnis quis propria mercede recipiet summa pectus labore. **H**ec omnis meritus hic habetur habens locum in pectus. sed ipsa benedicta virgo plus meruit sola quam omnes aliae creature. viii. sanctus Bonaventura. in. iii. di. viii. ar. ii. q. ii. dicit quod ipsa plus meruit inter omnes post anniversarii quod omnes scient et scientem dei sunt. quod secundum. **Q**uartum idem probatur ratione passibilitatis. Dicit enim apostolus. q. ad Corinthus. i. Sicut socii passionis vestris: ita et passatio vestris eritis. ad quod etiam est rex in canticis. i. de se pul. Unde quanto plura quod tormenta toleravit per christum: quanto glorioser erit in celo. **E**t idem dicebat beatus Andreas. **L**ato meo regi ero acceptio: quanto pro eius amore fueris permanens in tormentis confessio. **E**t propter hoc patet in apostolis Iohanne et Jacobo glorie celum studinem: ratiocinatur dominus. **M**at. xiiii. Potestis bibere calicem quem ego bibitur sum: **D**icit etiam doctores i. iiii.

Berino. I. De coronatiōe Mariē

Assum/
ptio ma/
rie est no/
bis valde
utilis

dis. xl. q̄ martyrib⁹ pp̄ passiōes toleratas
dat aureola. sed br̄issima ḥgo plus est passa
q̄z aliq̄s martyru: iuxta illud. Lu. ii. Et tuā
ip̄i⁹ aiam p̄trasib⁹ gladi⁹. Un̄ d̄c Hiero. q̄
tanc⁹ fuit dolor ip̄ius ḥginis: q̄ l̄z nō fuerit
mortua tamē fuit plus q̄z martyri. Qd̄ etiam
inqt̄ Rich. noster in. iij. dist. xxiiij. ar. viij. q.
iiij. Ergo sup̄ om̄es alios est in celesti curia
laureata ⁊ glificata. Lui⁹ exaltatio ⁊ blima
tio (vt inqt̄ sc̄t̄s Bernardin⁹ vbi. s.) est no
bis valde p̄ficia. nam dū resideret iuxta filiu:
tria militati ecclie patrocinia p̄stat. Primo
em̄ dirigit exp̄edīdo viā. Sec̄o p̄gegit re
pellēdo pugnā. Terrio irrigat ip̄etrādo grāz
Et hec triplex eleuatio figurata ē i sacra scri
ptura. Prima em̄ q̄r dirigit: figurata ē Cro
di. xiiij. vbi dñs ait Moysi. Veni ḥga tuā
z extēde manū tuā sup̄ mare: z diuide illud
ut gradian⁹ filij Isrl̄ in medio mar⁹ p̄ siccum
Hec em̄ ḥga ad cui⁹ eleuatiōe p̄p̄at via po
pulo dei: ē gl̄iosa ḥgo maria. cui⁹ patrocinio
ois pene amaritudo pplo dei dulcorat: z iter
ad igredīdā terrā p̄missiōis disponit̄. Un̄
ipi⁹ bñdicte ḥgini dicere possum⁹ illd̄ Sap.
xiiij. Dediisti in mari viā: z in flūibus semita
firmissimā: ostēdes q̄r potēas ex oib⁹ sana
re: etiā si sine rate quis adeat mare. Sec̄a fi
gura de p̄rectiōe habet Numeri. x. vbi dicit
q̄ cū eleuaref archa dicebat Moyses. Sur
ge dñe ⁊ dissipent̄ inimici tui: z fugiant qui
odēt te a facie tua. Ex q̄ figura mystice inui
tur q̄ cū br̄issima ḥgo eleuata est in celū: de
monis potētia iminuta est ⁊ dissipata. Vnde
ipa inqt̄ Eccl. xiiij. Sup̄boz ⁊ blimiu: col
la ppria vtute calcani. Tertia vō figura de
irrigatiōe h̄ Job. xxviiij. vbi d̄r. Nūq̄ ele
uab̄ i nebulā vocē tuā: z ip̄et⁹ agrū opierter
Vox inebula eleuata ē gra p̄ oroz̄ ḥgis ip̄e
trata. ad quā sequit̄ ip̄et⁹ aq̄z: q̄r p̄ ipam ip̄e
trat̄ influētia grāz atq̄ remissio p̄t̄or̄. Un̄
Eccl. xliij. d̄r. Medicina oīm i festinaōe ne
bule. H̄ est i festina assump̄tiōe ḥgis bñdicte
q̄r oēs q̄ volūt pticipes fuit ḡresue. Jo ipsa i
tata gl̄ia blimata om̄es iuitat ut ad ipam re
currat p̄ gra ip̄etrāda d̄cēs illud Eccl. xiiij.
Trāsite ad me oēs q̄ p̄cupiscit̄ me: z a gene
ratioib⁹ meis adimplēm̄. in p̄nti vita reci
piētes gram: z i futuro eternā gl̄iam. Amen.

Incipit duodecima vltima ps huius
fmonarij qd̄ Mariale appellat. in q̄ tractat̄
de beatissime ḥginis Marie coronatiōe sive
glorificatiōe. Et p̄prio ac particulari nomē
Triumphus dne paradisi appellat.

Dem̄a regni in capite ei⁹.
Pester. ij. Id gliaz ⁊ ho
norē br̄issime ḥgis matr̄
dei exordiū sumam⁹ a ver
bis deuotissimi ei⁹ beati Bern. in p̄ncipio cu
iūsdā sermonis de assump̄tiōe eiusdē: qui ait
Hic totū decurrat ingeniu: ⁊ aure sermo to
tus reluceat maiestate. Voluntaria oris mei
bñplacita sibi faciat genitrix dei: dña mundi
regina celi. Ip̄a sensum acuat: dirigat stiluz:
z linguā paupis venustiori resp̄gat eloq̄o.
Qd̄ ⁊ ip̄la mihi hodie ip̄artiri dignet: vt de
magnificētia ei⁹ aliqd saltem balbutiēdo de
promā. Un̄ ḥgl̄iam in spū videns pphā Da
uid inqt̄ deo ps. xliij. Istitit regina a dext̄
tuis in vestitu deaurato: circūdata varietate
In quib⁹ ḥbis ostēdit q̄ ip̄a gl̄iosa ḥgo atq̄z
regina celi diademate corodata sedet a dext̄
filij vestita aurato charitas indumento. atq̄z
circūdata varietate oīm virtutū atq̄z gratia
rum. De cuius triumphatissime ḥginis glo
rificatiōe locutur⁹ tria deuotis mentib⁹ specu
landa mysteria ppono.

Prīmū d̄ coronatiōis.

Scđm qualificatiōis.

Tertiū vō recordatiōis.

Pars p̄ma hui⁹ fmonis q̄ d̄ coronatiōis

Degl̄iosa ḥgine Maria: i cui⁹ ca
pite posuit de⁹ diadema regni cele
stis: possum⁹ dicere illd̄ Eccl. xlv
Corona aurea sup̄ caput ei⁹. Sz
hic opepcū est videre nūqd̄ ip̄a bñdicta vir
go sicut nūc est regina celi: ita etiā cū viueret
et regina mūdi vel saltē regni iudaici: Pro
cui⁹ dubij declaratiōe querit̄ p̄mo: vtrū iū re
gno succedat ordie successiōis: an vō p̄ electio
ne: Ad qd̄ p̄clusiōe dico teneri q̄ succedit̄ p̄
successiōis p̄ tex. notabile i. c. licet deuoto. zibi
Panor. i. ij. coll. i. v. no. ⁊ allegat bonā glo. i
c. deniqz. viij. q. j. cū alijs allegatōib⁹. Secus
aut̄ ē in ipio in q̄ succedit̄ p̄ electiōis; fm. Pa. i
c. venerabilē. de elec. Et sic p̄ma cōclusio p̄ce
dit i regno p̄ticulari: nō aut̄ i vniuersali. Et
facit glo. in. c. moyses. viij. q. j. Et rō est fm
Bal. i. l. ex h̄ iure. ff. de iusti. iiii. q̄r indignū
et̄ q̄ monarchia ip̄ij q̄ nemini s̄best iret per
successiōi⁹ i manib⁹ pupilli v̄l pupille. Sz de
reg p̄ticulari mag⁹ tolerat̄: q̄r ē s̄bditū impio
Loſirman⁹ q̄z pdicta q̄ regnū trāseat p̄ suc
cessiōe ad quēcūq̄z de domo regis suata or
dinis p̄rogatiua: etiā v̄sqz ad cēcēsimū ḡdū

Utrū re
gnū suc
cessiōe v̄l
electione
teneatur